

~~178~~
27

AD
NATALEM
GYMNASII
ELBINGENSIS
D. XI. DEC. MDCCLX
DEBITA PIETATE RECOLENDVM
CIVITATIS
PROCERES
OMNIVMQVE
ORDINVM AC DIGNITATVM
FAVTORES
ET
AMICOS

EO
QVO PAR EST
OBSERVANTIAE AC HVMANITATIS CVLTV

INVITAT
IOANNES LANGIVS

GYMN. ELB. RECT. P. P.
ET BIBL.

ELBINGÆ
STANNO NOHRMANNIANO.

Del. 105 563

PROCEEDS
CIVIL
D. XL DEC. MDCCC
ELBINGENSIS
G Y M N A S I I
NATALIUM

PAVTORES

AMTOS

MDCCC
CIVILIS

ELBINGENSIS

ELBINGENSIS

Pol. 8. 11. 4709



Plaudite, Drusiados PROCERES! applaudite, Cives!
Et quae Vestra solet pietas, jam reddite vota!

☆ Cras etenim Vestri celebrare Encaenia Pindi
Praestat, quem quondam plantavit dextra Supremi,
Plantatumque diu irrotavit: quem benedictum
Per tot lustra dedit, doctrina semper amoenum.
Cras, inquam, ridet, quo non mihi laetior alter,
Ille dies, nostris quo lux est reddita Musis,
Quoque salus rediit Patriae, atque soluta tyrannis
Barbariesque, feris stupidis foecunda, fugata est.

O felix! o clara dies! o Numine plena!
O lux, quae Patriae gratissima munera coeli
Impertita dedit, mansueti dogmata Christi,
Cumque illis artes, quae pectora mollia reddunt.
Hinc Tua, BRAVNIADES, tum Praeses Drusiadarum,
Ac ISENDORFI, SPRENGELI fama decusque,
Atque, WIDERE, Tuae remanent post funera laudes.
Nam Vos, Vos gressus aditusque ad pulchra Lycei
Limina jecistis, quae tot pressere Scholarchae,
Atque suo studio firmarunt Membra Senatus,

*Quot Patriae Patres, quot vidit Drusica tellus
Archontes Celebres. His, his, (jam vota favete!)
Laurea florebit, florebit secla per alta
Nominis altivolans meritorum fama superstes.*

*Horum cras praestat benefactis reddere grates,
Et simul tentando, valeat quid nostra Camoena,
Certamen doctum de bello paceque habere
Palladis in regno. Haud oleas errabimus extra.
Sit modo dicturis, sit dictis gratia Vestra.
Speramus. Nam si calamo transfigere muscas
Exiguas, & cum pueris equitare bacillo,
Quondam Regis opus: nec erit semotum ab honore,
PATRONI, graciles tyronum visere ludos.*

*Hinc Vos, Drusiadae Celeberrima Lumina Gentis,
MAGNIFICI, ad cineres PATRIAE PATRES Ve-*
nerandi;

*Vos quoque, praestanti Machaonis in arte periti;
Nec non, quois pergrata fides verbumque salutis
Curae est; Teque, Scholae Doctorum Turba professa;
Et quos Officium, quos nobile Stemma coronat;
Vosque omnes, Urbis qui Cives estis honesti:
Ad Sacra Gymnasii celebranda venite! rogamus.*

152

Nec praetereunda esse statuo ea, quae anno demum praeterito publicae Gymnasii Bibliothecae dono data sunt,

BIBLIA GERMANICA in fol.

quaeque primo statim intuitu me attentum haesitantemque reddiderunt: quippe spurius illis ac supposititius praemissus est titulus, sic se habens:

Biblia, dat is, de ganze Hillige Schrift Olden ock Nyeu Testamentes dörch Docter Martin Luther erst verdüdeschet, unde in de Plattdüdesche edder Reddersaschesche Spraack nahmahls uthgesettet mit Glosen, Summarien unde Uthleggingen, dörch D. Johann Bugenhagen, Pommern. Gedrückt tho Lübeck in dat Jahr Christi 1532.

Non enim charta modo & literae, in rubro codicis nostri adhibitae, a reliquis librorum biblicorum admodum diversae sunt, sed praeiussa etiam GEORGII BANNEHR, Bibliopolae quondam apud Elbingenses Spectatissimi relatio nos docet, hanc inscriptionem plane novam, recens inventam & in locum veteris, laceratae ac evulsae typis expressam esse. Mirum autem videtur, cur novi huius tituli inventor non veterem potius, verum ac genuinum literis imprimendum curaverit, cuius teste Cel. Lubecensium Re-
dore a SEELEN r) hic tenor est:

De Biblie, vth der vthlegginge Doctoris Martini Luthers vn dorch düdesche vltlich vthgesettet, mit sundergen vnderrihtungen, also men seen mach. Inn der Keyserlichen Stadt Lübeck by Ludowich Dieß gedrucket M. D. XXXIII.

Inclutus ille veritatis evangelicae per Daniam Restaurator, D. 10.

G

BV-

BUGENHAGEN, Pomeranus, tantus translationis codicis sacri fuit aestimator, ut quotannis in memoriam ejus cum amicis ac domesticis suis, privatos inter parietes festum celebraret quam solemnissimum: s) quippe non in edenda modo Bibliorum Germanicorum versione b. LVTHERO & consilio & auxilio semper praesto fuit, sed horum quoque Lubecensium primarius exstitit auctor & promotor. Ipsius enim suasu & directione Biblia haec a quibusdam Theologiae Candidatis, t) inter quos etiam IO. HODDERSEN, Pastor olim Hamelverdensis fuisse creditur, u) in idioma Inferioris Saxoniae translata sunt, & quidem e versione LVTHERI: quippe in nostro Lubecensi codice aequae ac in Lutheri primo Bibliorum exemplari, illud de S. S. Trinitate testimonium 1 Jo. V, 7. desideratur. Sicuti vero Wittebergae Bibliorum libri, & quidem omnes, in idiomate Superioris Saxoniae conjunctim ac in uno corpore auctore LVTHERO prima vice prodierunt: ita is civitati Lubecensium contigit honos, ut Biblia LVTHERI, in idioma, quo Inferioris Saxoniae incolae utuntur, conversa, eademque tota ac completa in illa primum adspexerint lucem. w) Quanquam vero Bibliis nostris, tanquam perfectis & ad imprimendum paratis, jam anno 1532 x) BUGENHAGEN, Lubeca profecturus, praefationem, quae illam b. LVTHERI sequitur, praemisit: ea tamen, ut in rubro

s) conf. FREHERI *theatr. virorum erud. clar.* ad voc. Bugenhagen. p. 176.
add. der Unpartheyische Bibliothecarius. P. I. n. 3. p. 23.

t) vid. Dieder. von Stade in der Vorrede zur Erläuterung etlicher deutschen Wörter, denen sich Lutherus bey Uebersetzung der Bibel bedienet. p. 12 &c.

u) conf. a SEELEN l. c. p. 176.

w) vid. Krafft's hist. Nachricht von der zu allererst gedruckten deutschen Bibel Lutheri. p. 29.

x) quem annum tituli spurii inventor in rubro imprimendum curavit, ex hac, ut videtur, praefatione petitur.

rubro authentico legitur, anno demum 1533 DIETZII, chalcographi Lubecensis, prelo sunt commissa. Quod eadem vero Ao. 1534 d. 1. April. absoluta sint, verba docent in calce operis addita, quae plagula licet chartae in codice nostro oblita, coelo tamen sereno e regione solis adhuc legi possunt. Quo autem pateat, quantum utilitatis & jucunditatis haec quoque Bibliorum versio in explicanda Scriptura Sacra secum ferat, unum & alterum addere juvabit locum. Ubi e. g. LVTHERVS in Superioris Saxoniae idiomate Gen. XLI, 43 scribit: Und ließ vor ihm her außruffen: Der ist des Landes Vater! ibi Biblia Lubecensia sic habent: vnde leth vor em vthropen, dat me de Rne vor em bögen scholde. Verba Lev. XVI, 29: Ihr sollt euren Leib casteyen, nostra sic exponunt: gy schole iuwe seelen demöddighen. Et ubi LVTHERVS Act. IX, 5: Es wird, inquit, dir schwer werden wider den Stachel löcken, ibi Lubecensia dicunt: Idt wert dy swar werden, yegen den preckel achter uthslân. Sic quam LVTHERVS Gen. XXXVI, 12 dicit Rebeweib, eandem nostra vocant Biblia Byfrowe. Ita Lev. XVIII, 14 Base appellatur Mödder. Elien Cant. VII, 13 dicuntur Alrunen. Morbus ille die Darre Jes. X, 16 audit de quinquende Süße. Ciconia contra Jer. VIII, 7 nomen habet Edeber, & Matth. XXVII, 33 Schedelstet vocatur Gälgenberch. Quae tandem his Bibliis constat raritas, quodque pretium, non exinde modo patet, quod illa in regia Bibliotheca Parisiensi y) sedulo asserventur, & exteris tanquam κειμήλιον commenduntur, z) sed quod eadem etiam Lubecae, ubi typis impressa prodierunt, in civium manibus admodum rara inveniantur. Sic enim laudatus modo BANNEHR in fronte Bibliorum nostrorum manu propria scripsit: Diese Bibel wird nicht allein in der könig-

y) vid. le LONG in *Bibl. sacra*. p. m. 452 & 468. ex edit. BOERN.

z) teste a SEELEN l. c. p. 174.

lichen Bibliothec in Parisß den Frembden als eine große Rarität gezeiget, sondern sie ist auch eine große Rarität in Lübeck selbst: weil daselbst länger als in 100 Jahren kein Exemplar anzutreffen gewesen. Und ich, da ich 9 Jahr in Lübeck im Buchladen gestanden, habe daselbst erlebt, daß diese Bibel einmahl in einer Auction daselbst a 10 Rthlr. ausgegangen ist. Haec BANNEHR. Tandem scias, hanc rarissimam Bibliorum editionem a) Bibliothecae publicae ex auctione librorum Spectabilis IO. VNGERI, Ordinis Secundi Membri ac Mercatoris quondam felicissimi, ab ipsius genere Domino PETRO KAWERAV, Cive & Mercatore Honorato A. 1759. 12 Sept. esse oblatam. Qua insimul occasione laudati modo Domini VNGERI haeredes Gymnasio quoque liberaliter donarunt

Das Neue Testament Deutsch. Wittenberg. In fol.

Cui Testamento sua utique raritas, suumque constat pretium. Illud enim ad antiquissimos versionis LVTHERI codices pertinere, dabunt sequentia. Nulla quippe nec anni, nec typographi in eodem injicitur mentio. Nulla capitibus versuum addita est distinctio; & sicuti in hoc codice non paginae, sed folia numerantur: ita Evangelistae & Acta Apostolorum, quae das ander teyll des Evangelii Sanct Lucas von der Apostel geschicht inscribuntur, CVII, & epistolae LXXVII absolvuntur foliis: Apocalypsis vero Joannis, multis quidem imaginibus, ut vocantur ligneis in fol. ornata, absque omni tamen foliorum apparet distinctione. Cuius denique libro additum est LVTHERI praefamen: in principio vero totius operis duplex praemittitur praefatio, quarum altera sic incipit:

a) WIDEKIND im Verzeichniß von raren Büchern. p. 464. 465. eam vocat S. N. A.

incipit: Es were wol recht und billich, das diß buch on alle vor-
 rrede unnd frembden namen außgieng ic. altera vero sic inscribitur:
 Wilsch die rechten vnd Edelsten bucher des newen testaments sind, b)
 in cuius calce Jacobi epistola, epistola straminea (eyn rechte stro-
 ern Epistel) c) respectu Paulinarum & primae Petrinae vocatur.
 Quae LVTHERI praefatio, ut & illa, Apocalypsi Joannis praemissa,
 cum multas apud nonnullos excitarint turbas, d) in recentioribus
 editionibus omisssae, earumque loco aliae substitutae sunt. Prae-
 terea & in hac editione, sicut in prioribus LVTHERI Bibliis praeter
 versiculum 26. c. XI. Marci, dictum illud classicum 1 Jo. V, 7. e)
 plane exulat: in commate vero 8 de tribus in terra testibus dicitur:
 Die drey sind eyne, loco: Die drey sind beyssammen. Ut
 autem pateat, hanc N. T. versionem ab hodierna multis in locis
 diversam esse, juvabit itidem unum alterumve in subsidium vocare
 dictum. Sic e. g. in praefatione N. T. priori, ultima ex Gen. III,
 15 citata ita leguntur verba: derselb soll dyr deyn herobst zutret-
 ten, und du wirst yhm seyn solen zutretten. Matth. I, 2 legitur:
 Abraham hat geporn den Isaac. Isaac hat geporn den Jacob ic.
 & verba Apoc. II, 17. quae in recentioribus editionibus sic se
 habent: Und will ihm geben ein gut Zeugniß, und mit dem Zeu-
 gniß einen neuen Nahmen geschrieben, LVTHERVS respiciens Graeo-
 rum consuetudinem, lapide albo, absolutionis signo, innocentiae
 bonaeque famae testimonium ferendi, in hac priori editione ita
 G 3 exposuit:

b) quae exstat etiam T. 2. Altenb. f. 493.

c) vid. GERHARDI Exeg. L. C. p. 291. HVTTERI L. C. f. 23. b.

d) add. REIMANNI access. uberr. ad Catal. Bibl. p. 142.

e) Qui locus in nulla a LVTHERO curata editione repertus, & Bibliis ejusdem
 a LEONH. HVTTERO 1606 Witt. in 4 & 8 editis, primum additus di-
 citur, teste IO. FRID. MAYERO in hist. vers. Germ. Lutheri. p. 51.
 conf. le LONG Bibl. p. 211. P. II.

exposuit: Und will ihm geben einen weissen steyn, und auff dem steyn einen neuen namen geschrieben. f) Quae omnia satis superque docent, hunc N. T. codicem ex primis LVTHERI editionibus fuisse, quem ille Wittembergae absque anni & chalcographi mentione prodire iussit. Dum vero Cel. KRAFFT g) nos certiores facit, N. T. anno 1522 bis prodiisse, prima scilicet vice absque loci, anni & tythothetae denominatione; altera vero, loco, anno & chalcographo additis, facile in eam adducor sententiam, ut credam, hoc N. T. cujus in praesenti rationem habemus, inter illa medium occupare locum: quippe non quidem anni & chalcographi; Wittembergae tamen, ubi prelo illud commissum fuit, in rubro mentio injicitur.

Huic merito subjungimus aliam, eandemque nitidam, raram ac variis figuris ornatam N. T. editionem, quae a capite sic inscribitur;

Das neue testament

deusch. Mart. Luther. Wittemberg.

M.DXXIII in oet.

additis in fine Apocalypseos his verbis: Gedruckt zu Wittemberg Melchior Lotther der junger M. D. XXIII. Hanc N. T. editionem inter & priorem in folio, cujus modo mentionem fecimus, nullum prorsus datur discrimen, praeter quod illa de 1523 forma excipiat & indice Epistolarum ac Evangeliorum, in diebus Dominicis festisque praelegendorum, Apocalypsi Joannis addito, auctior sit facta. Hinc ea, quae in priori de praefatio-

f) vid. SECKEND. *hist. Luther*, L. I. §. 144. p. 590.

g) in der historischen Nachricht von der deutschen Bibel Lutheri. p. 2.

155
tionibus, loquendi ratione, ut & locis omissis diximus, in praefenti recensione repeti possunt omnia. Quo vero pateat, ex cuius liberalitate & haec N. T. editio admodum rara Bibliothecae nostrae oblata sit, scias, Virum plur. Rever. Doctissimumque Dom. IO. GODOFR. EHWALT, bonarum artium Magistrum & p. t. Ministrum verbi divini in Gedanensium propugnaculo ad ostium Vistulae Fidelissimum, ex incentivo in Patriam ac Gymnasium Elbingense, cuius quondam Professor LL. OO. fuit dignissimus, amore eandem A. 1757 benevole transmississe.

Laudatis modo Sacrae Scripturae editionibus addimus

BIBLIA GERMANICA

una cum concordantiis interprete

IO. PISCATORE, IV. Vol. in 4to. Herbornae 1617 edita.

Haec Biblia, quae in rubro quarti voluminis das Herbornische Bibel-Werk dicuntur, ab A. 1602 ad 1603 usque auctore IO. PISCATORE, Theologo Herbornensi Celeberrimo, prodierunt & lucem saepius postea adspexerunt. h) Hic vero magni nominis Theologus non novam ex Ebraeo ac Graeco fonte concinnavit versionem Germanicam, sed Latinam potius Tremellio-Julianam in edendo hoc opere ita per omnia sequutus est, ut stylus quoque ipsius, Romani sermonis indolem referens, Germanorum auribus subinde ingratiôr aecidat. i) Sic e. g. Gen. XLIX, 17. 19 legimus: Dan, wirdt ein schlang am weg seyn, ein pfeilschlange neben dem pfad: die dem pferd in die fersen beißt, daß derjenige, der drauf sitzt, zu rück fället. Zu deinem hail, warte ich des Herren.

k) vid. le LONG *Bibl. sacr.* P. II. p. 258. ex edit. BOERN.

i) add. KORTHOLTUS *de variis Scrip. edit.* c. 25. §. 25. p. 336.

ren. Gab belangend, den werde die schwaber ansprengen: er aber wirdt zulezt andere ansprengen. Et ut ex N. T. locum quoque subijciam, verba institutionis S. C. 1 Cor. XI, 23-25 sic se habent: Der Herr Jesus in der nacht da er verraathen ward, genommen habe das broot, und nachdem er danckgesagt, hab ers gebrochen und ic. Desselbigen gleichen auch das trinckgeschirr, nach dem nachtmaal: und habe gesagt: Dises trinckgeschirr ist das neue Testament durch mein blut. Solches thut, so oft ihrs trincket, zu meiner gedächtniß. Hinc LVD. ELL. du PIN dum, teste BVDDEO, k) PISCATORIS in N. T. commentariorum mentionem facit, eruditionis quidem & ἀκριβέας laudem illi non denegat: cum vero minutiis inhaereat, styloque utatur scholastico, taedium lectoribus eum creare, adserit. Cuivis porro capiti utriusque Testamenti explicationes & doctrinas addidit PISCATOR, analogiae fidei Reformatorum ita accommodatas, ut teste REIMANNO l) ex magni nominis Theologis solus fere sit, qui Supralapsariorum doctrinam est professus. Hinc IOANNI nostro, non PETRVS modo PISCATOR, Theologus Jenensis, alique ex nostratibus scriptis se opposuerunt, sed ex ipsis etiam Reformatae Ecclesiae Doctoribus, ut LILIENTHALIVS refert, m) DAN. TOSSANVS opus hoc Piscatorium sub examen vocavit. Tandem sicco praeterire pede non licet, hanc PISCATORIS versionem eam esse, quae Bibliis HOLLII Pentaplis inserta, tertiam ibidem occupat columnam. Noster vero codex ex auctione librorum plur. Rev. Doctissimique Dom. FRANC. ADAMI RHODEN, Past. ad Corp. Chr. quondam Fidelissimi, Bibliothecae publicae A. 1754 accessit usibus.

Sicuti

k) in *Isag. theol.* p. 1304.

l) in *Bibl. Theol.* p. 226. 227.

m) in der bibl. exeg. Bibl. T. I. Sect. I. p. 99.

156

DE
BELLO ET PACE
INTER ERVDITOS.

Prologus

IOANNES CHRISTIANVS MIRITZ

exposita, quam ex praesenti Encaeniorum solemnitate percipit, animi laetitia, laudibusque pro conservatione Gymnasii patrii DEO oblatis, exoptatum DN. DN. PATRONORVM accessum veneratur. Quo

CAR. FRID. RAMSEY

argumento actus oratorii indicato, benevolas Musis expetit aures.

Chor.

Apollo,

DAN. ABRAH. BAEHRHOLTZ,

de aurea orbis eruditi gloriatur pace, cui

Sigism. Nic. Tolstemit

Daniel Meienreiß

Dan. Gottfr. Ranngiesßer

Franc. Michael Goell

Michael Leuchert

Sam. Gottlieb Römer

Bernhard Janson von Töngersloo

Joh. Jacob Frem

Joh. David Hausmann

Calliope

Euterpe

Melpomene

Clio

Erato

Terpsichor

Polyhymnia

Urania

Thalia

ceum novem Musae, in
consilium vocatae, pol-
licem premunt.



CAR. LVD. GEO. a TRAVEN

pace Musis nihil gratius esse, affirmat juxta illud: amant tranquilla Camoenae.

Chor.

Eris,

quam fingit

CHRIST. GOTTL. PROEW,

Musarum pacem turbare studet, in auxilium vocatis

ignorantia, quam mentitur

superbia —

pertinacia & invidia —

opinionem —

pigrum —

timore & diffidentia —

Johann Jacob Meienreiß

Samuel Gottlieb Baum

Johann Conwent

Johann Heintz. Bräcke

Hans Wilhelm Horn

Johann Ernst Kerbein.



CHRIST. FRID. CIALA,
quod & Musis sui sint hostes, docet,

Chor.

Fictus Apollo,

DAN. ABRAH. BAEHRHOLTZ,
quatuor in Academiis, ut vocantur, Facultatibus indicit, quae Eridos studio ipsis
instent contentiones. Quibus vix cognitis,

IO. CHRIST. HAAGE	Facultatis Theologicae
DAN. REINH. RHODE	— Juridicae
MART. DAV. STELTER	— Medicae
GOD. FRID. REVSS	— Philosophicae

Praesides inter se altercari incipiunt.



IO. THEOD. MVEHLBERG
de amica Facultatum Academicarum conspiratione non temere laedenda
loquitur.



FRID. TRAVGOTT LANGE
&
GEO. LEBRECHT LAND

enarrant bella theologica, in Ecclesia N. T. per omnia secula ad Lutheri usque
reformationem gesta.

Chor.

De bellis Jurisperitorum verba faciunt

Daniel Schröter
Gottfried Laurentz
Thomas Christlieb Achenwall
Hermann Janson von Longeroos
Johann von Neaus
Theodor Michael Sieffert
Ephraim Jacob Werner.

157
Chor.

Virum bella literaria plus utilitatis afferant quam detrimenti, per colloquium
inquirunt

IO. GOTTLIEB BRODOWSKI

IO. FRIDER. BRODOWSKI

GODOFREDVS GVTTCHE

FRID. WILH. ZICKS

CHRIST. GOTTL. SILBER

MICHAEL WILH. TORNIER.

Chor.

De bellis Medicorum colloquuntur

Alexander Herrmann Kiedt

Daniel Gottlob Hanff

Carl Friedrich Krietz

Johann Annuste

Johann Jacob Kluge

Franciscus Theodorus Brüttner.

Chor.

De methodo docendi atque monadibus certamen instituunt philosophicum

IO. CHRIST. ROSKAMPFF

CHRIST. LVD OV. BVRCHARD

GODOFREDVS RAVTER

IO. IACOBVS SCHROETER

CHRIST. THEOPHILVS PORSCH

PAVLVS POMIANVS PESAROVIVS.

Chor.

De bellis ac contentionibus in orbe literario obviis queruntur

Christ. Theodorus Kelch

Jo. Jacobus Baum

Jo. Henricus Ammelung

Dan. Gottlieb Achenwall

Car. Henricus Bachrholz

Alex. Jacobus Kiedt

Jo. Jacobus Lange.

Chor.

Imaginem, quam per nocturnam quietem vidisse fingit, enarrat

Jo. Ferdinandus Jungschultz.

Quo facto,

Christiano Gottlieb Braeske, *Palladi*,
turbulentam Eruditorum conditionem lugenti,

Jacobus Convent, *Dea Pax*

&

Jac. Henricus Burchard, *Concordia*,

Eridos tentamina iridentes, novam pacis literariae promittunt spem.

Chor.

Pacem per omnes scientiarum partes renovant

Michael From
Christ. Gottfried Silber
Joh. Gottfried Mattiaß
Joh. Jacob Mündler
Joh. Heinr. Ziffer
Samuel Teschner.



IO. HENRICVS IVNGSCHVLTZ

pacem scholasticam summis evehit laudibus.

Chor.

Vota faciunt ardentissima pro O. O. incolumitate atque flore

Joh. Gottl. Kotsch
Jacob Pöselger
Joh. Gottlieb Grütner
Franc. Wilhelm Mündler.

Epilogus

IO. BENEDICTVS LANGE

splendido DN. DN. PATRONORVM Auditorio ob honorificam praesentiam
& benevolam in audiendo patientiam gratias agens submississimas,
Eorum favori ac patrocinio Athenaeum patrum
ulterius commendat.

